6

IO. ANDREAE MURRAY D.

MEDIC. PROFESSORIS GOETTING. P. O.

ENVMERATIO LIBRORVM PRAECIPVORVM MEDICI ARGVMENTI.



LIPSIAE

SVMTIBVS WEYGANDIANIS.

1773.



PRAEFAMEN.

Consilium hunc librorum medicorum selectum edendi summe venerabilis MILLERVS primus dedit. Nec videbatur mihi initio hic labor adeo difficilis esse, quum id tantummodo a me tum desideraretur, ut indicem huius generis librorum in prima cel. viri libelli: *Anleitung zur Kenntniss der besten Bücher in allen Wissenschaften für Anfänger. Halle und Leipzig, 1766. 8.* editione obuium, auge-

rem, et ubi opus esset, prout profecto (sine cel. MILLERI tamen culpa, quum sectio medica *pag. 40. sqq.* alium auctorem agnoscat) opus est, siue selectum ipsum consideres, siue momenta de ipsis libris allata emendarem. Quum vero postea mihi, in ipso hocce negotio sub variis aliis muneris interpellationibus versanti, meritissimi de re libraria officinae Weygandianae heredes iniungerent, ut illi tam quoad molem, quam rationem libros significandi, cum libro cel. MILLERI nuperrime typis expresso (Ed 3. aucta et emendata. Leipzig 1773.) aequalitatem conciliarem: sensi, sub ea disciplinarum disparitate, quam difficile esset, ei simul legi satisfacere, vt ne vllus liber lectu dignior omitteretur, nec vllus contra ea superfluus vel inutilis vel vitiis manifestioribus laborans, reciperetur. Atque mox cognoui, nisi describendi negotium tae-

dium

dium pareret, facilius augendo numerum librorum indicandorum, quam eundem abbreuiando, ad perfectionis quendam gradum, qualiscunque esset, opus peruenturum. In ampliori enim indice vitiorum forte commissorum excusationem videbar lubentius me impetraturum esse, quum alios praeeuntes haberem, in strictiori autem et exquisitiori proprii iudicii documentum exhibendum, nec vllum facile librum designandum, quem ipse non vidissem et ita probassem, vt nec ipse sumtus, in illo emendo faciendos, declinarem, cauendo sollicite ne imponeret auctoritas viri aliis monimentis litterariis vel meritis conspicui, vel omissione iniquus in quosdam viderer.

Quicquid vero esset temeritatis et molestiarum, mari tam amplo immergi, fluctibus seculorum sectarum hypothe-

ſiumque, per tot artis medicae partes agitari et inter tot ſcopulos ex innumeris pene libris egregios tantum, tanquam conchas margaritiferas, protrahere, reiectis inanibus: credidi tamen vtilitatem conatus eſſe tantam, vt nec imperfectior diſpliciturus plane eſſet.

Etenim etſi ars medica obſeruatione potius et exercitatione, quam libris, diſcatur: eadem tamen medicinae natura fecit, vt libris carere non poſſimus. Non ſingulis enim datum eſt, omnia propria obſeruatione propriisque experimentis cognoſcere: ſed iuncta modo multorum indagine, poſt innumeros errores, verum eruitur. Hinc quoque euenit, vt vix vlla ſcientia per tot membra diſtrahatur, quorum alia ex commentariis ſocietatum litterariarum, alia ex collectionibus hebdomadariis, alia ex obſeruationum varii argumen-

gumenti theſauris, alia ex ſcriptionibus academicis, conquirenda. Pauciſſimi libri illud doctrinae compendium faciunt, quod Elementa Phyſiologiae perill. HALLERI, quae, quicquid in eadem praeſtitum ſit, in tabulam quaſi coarctant. Vacat tamen, inter enumerationem librorum praelectionibus academicis modo deſtinatorum, qui ſceleta ſcientiarum repraeſentant, et inter ampliſſimam iſtam, quae ne minimarum ſcriptionum recenſionem omittit, media quaſi via prodire. Idque in arte noſtra magis, quam alia, neceſſe eſt, tam ob pretium inſignius, quo medici libri veneunt, quam ob periculum, cui ipſa vita, ſub iſta hypotheſium et errorum copia, obnoxia redditur. Commune vero ſelectior bibliotheca medica cum alia qualibet habet, vt facilius in noſtram familiaritatem transeat, et, dum coram oculis libri perlecti quotidie ver-

 ſentur,

ſentur, aſpiciendo quin titulos modo, extrinſecus inſcriptos, quae contineant in memoriam haud aegre reuocent.

Librorum tam antiquiorum quam recentiorum, linguis quoque paullo minus frequentatis exaratorum, deſignationem dedi, ſequutus in quauis ſectione ordinem temporis, quo primae editiones comparuere, nouiſſimis licet modo a me indicatis, maximeque laboraui, ne tituli mutati vel mutilati ſiſterentur. Quam operoſum ſit, haecce de ſingulis libris in largiori catalogo obſeruare, experietur, qui ipſe tentamina inſtituit, nec ſine ampla bibliotheca vel copioſis indicibus librariis diariisque exactis, in quibus, proh dolor! plerumque tituli mutilantur et torquentur, praeſtari id poſſe cognoſcet.

In ſectione de anatomia maior adhuc, quam alia quauis, neceſſitas fuit, minu-

tiora

tiora ſcripta et obſeruationes diſperſas allegandi, quum haec ſerius nec niſi longe plurium vnito ſcrutinio ad eam perfectionem peruenerit, qua hodie nitet. Is copioſior index in auctorum, qui de viſcerum ſtructura exponunt, cenſu in primis requirebatur; nam praeter GARENGEOTVM nemo fere eſt, qui peculiari libro omnia viſcera ſimul complexus eſſet. In Phyſiologia breuioribus eſſe permiſit ſtudium perill. HALLERI, tanto magis, quoniam auctores anatomici bene multi, cum deſcriptione partis, phyſiologica argumenta combinarunt. Rei herbariae caput amplius facile euaſiſſet, ſi omnium Hortorum et Florarum auctores inſerere voluiſſem. Praeferendi vero videbantur, qui, praeter nomina vel mutuatas deſcriptiones, propriis obſeruationibus artem ditarunt: etſi cuiuslibet regionis ſtirpes vel ſolo nomine nouiſſe, ad cul-

turam ſtirpium ediſcendam, ſoli naturam perſpiciendam, altitudines locorum definiendas, migrationes ſtirpium, quin mutationes, quas ipſa tellus ſenſim ſubiit, cognoſcendas multum faciat; modo fides doctrinae auctoris ſit habenda.

Iudicia de librorum pretio non addidi, eam mihi iam initio legem praeponens, vt nullum niſi probae notae reciperem.

Aliud, quod ex hac deſignatione emergit commodum, hoc eſt, vt ſciant medicinae operam daturi, quam late eiusdem campus pateat, et quonam ordine eundem tractare debeant.

Sine *hiſtoriae naturalis* cognitione dubito, an vllus ſolita ipſius medicinae notitia imbutus eſſe dicendus ſit. Quomodo enim medicus de vi medicamenti vel veneni vel alimenti iudicare poteſt, niſi ipſum

ipſum illud externa ſua facie cognouerit, nec ſolum ſub praeparatione et mutatione varia, ſed ea etiam forma, qua natura, illud produxit. Nec quid emolumenti in artis incrementum ex cognationis notitia redundare poſſit, alius, quam in hac re probe verſatus, perſpiciet. Sunt quidem ſcientiae naturalis cancelli, quos vſus, quem in aliam affinem doctrinam ſpargit, determinat. Ita non eo ſtudio oeconomiae deditus ſcrutatur plantam medica virtute imbutam, ac medicus, nec hic eodem, quae ad victum veſtitum aedificia res pertinent, ac ille. Diſplicet autem ea quorundam hiſtoriae naturalis doctorum ſollertia, qua, ſyſtemata tradere volentes, ſelectum vſu ſuo praeſtantium faciunt. Differt enim maxime hominum de vſu iudicium; multorum vtilitas alia regione notiſſima, etſi alia lateat; multorum praeterea, vt quotidiana obſeruatio docet

docet, ſenſim caſu vel docto ratiocinio innoteſcit: tum vero primum de notitia eiusdem ſollicitum eſſe, in remediorum inprimis delectu, haud raro periculoſum. Tantam ad minimum requiro ſcientiae huius a medico cognitionem, vt et vſitatiſſima in arte ſua producta dignoſcere ſciat, reliqua ſyſtematis ope ſine multo labore eruere.

Sine *Phyſices* cognitione nulla phyſiologia vel pathologia ſolida ne fingi quidem poteſt: licet ſedulo cauendum, ne temere ea ad machinam viuam corporis noſtri applices, quae in mortuis et arte factis tantum locum habent.

Sub eo, qui hodie in litteris in vniuerſum in academiis obtinet guſtu, non niſi ea diſcendi, quae recta via ad panem lucrandum, ducunt, non mirandum, de *hiſtoria artis litteraria* addiſcenda oſcitantius cogitari, et docto-

rum

rum eam tradentium ſubſellia plerumque vacua eſſe. Sed vna cum eiusdem neglectu et ignoratione, orbantur toto medicinae veteris theſauro, orbantur omni, quae medicum ornat, elegantia.

Anatome ſi ſerius, excoli rite coeperit, eam tamen prae omnibus reliquis medicinae partibus praerogatiuam habet, quod ſit certiſſima. Nec aliter eſſe poteſt, quum, ſi paucas rariores partium corporis aberrationes eximas, ſtructura corporis, pro aetate modo varia, ſemper eadem ſit, nec variis leuioris momenti cauſis mutabilis. Accedit, quod ad eruendam iſtam non artificiis vel experimentis multis, ſaepe fallacibus, ſed ſola patienti obſeruatione, et exercitatione in cultri et ſiphonis vſu, opus ſit. Eatenus mirum quodammodo, quod multarum partium ſtructura recentius modo fuerit dete-

detecta, et alia adhucdum non ſatis perſpecta; quorſum venarum ſyſtematis, multorum neruorum glandularumque, nec non aponeuroſium aliarumque membranarum pertinent. Caueas vero, manum ipſe ſectionibus admouens, a libris artem ſecandi praeceptis tradentibus.

Quo certior Anatome euaſit, eo quoque perfectior doctrina de vſu partium et modis, quibus eundem praeſtat, ſiue *Phyſiologia* corporis noſtri, quam iam dudum perill. AB HALLER Anatomen animatam dixit. Multa tamen de hiſce, nonniſi operoſis experimentis in brutis captis, ſub variis encheireſibus chirurgicis, vel infortuniis variis corpori noſtro caſu contingentibus, vel ipſa morboſae naturae obſeruatione didicimus, in quibus omnibus, quum non ſolo ſenſuum miniſterio acquieſcamus, longe facilius

eſt

eſt labi fallique. Multorum phaenomenorum rationem natura ipſa ſibi ſeruaſſe videtur, vt totius ſecretionum artificii, quarum ratio aeque adhuc nos latet, ac iſta ſuccorum diuerſorum ſtirpium, in vno eodemque ſolo creſcentium; fluidi neruei operationis, et quicquid in corpore noſtro periodicum eſt.

Conditione corporis noſtri ſana cognita ad morboſam ſenſim deducimur, vnde *Pathologia* emergit. *Generalis* metaphyſica quaſi eſt morborum, quae morborum ſumma genera diſcriminaque, cauſarum pariter ac ſymptomatum cognitionem tradit. In ſpeciali proſequimur ſingulas morborum ſpecies. *Semeiotica* pathologica in ſignis morborum recenſendis occupatur. Morborum cognitio ſaepe valde abſtruſa eſt, quum ſigna interdum deliteſcant, vel eorum natura va-

riis alius generis morborum complicationibus, vel constitutione aëris epidemica, multis modis mutetur. Si qui vnquam de pathologia bene meruerint, sunt, qui peculiarem quandam morbi speciem describere sibi sumserunt, qui ipsi tanto maiori fide digni sunt, si eodem ipsi laborauerint.

Non sufficit vero morbos nosse, sed alterum, quod a medico requiritur, est, vt iisdem medeatur. Largissima remediorum copia ex stirpium tribu desumitur, quas scite facillimoque negotio distinguere, vel si nouae deteguntur, affinibus iungere docet *Botanice.* Patet inde rei herbariae, ratione medicinae, necessitas et arctissimus cum eadem nexus. Terminis botanicis, auctoribus, regulisque bonae methodi cognitis, stirpes secundum systema quoddam, floris fructusque

ra-

rationem habens, examinamus, ſine quo tota herbarum cognitio vacillat. Praeferimus inter tot illud, quod minimum negotii parit, et quod tenaciſſime regulis pro examine datis inhaeret. Tiro affinitates inter ſtirpes, quae plurimarum partium ſimilitudine nituntur, non animaduertit: hinc ab vna et definita parte initium examinis fiat, neceſſe eſt. Quanti igitur ſyſtema artificiale facienda! veterani modo eſt, ſeries naturales ſectari. Nihil plus ad rem herbariam inter breue tempus addiſcendam proprio ſtirpium examine confert, primo iamiam cognitarum, dein quarum nomina adhuc tironem latent. Examine facto omnes et ſingulae, ne vrtica quidem excluſa, nominibus adſcriptis ſiccatae, ſecundum ſyſtematis ſeriem, ſeruandae. Et ſic memoria ſtirpis nunquam interibit.

Materia medica ex omnibus telluris productis, ſiue animalibus, ſiue ſtirpibus, ſiue mineralibus, ſiue aquis accenſenda, ſeligit tot, quot vſui medico apta ſunt. De hiſce vero nomen, patriam, characteres, criteria, quibus medicamentum bonae notae a vitioſo vel factitio dignoſcuntur, fata varia, antequam in vſum transferantur, ſcire oportet. Et haec proprie ad inſtitutiones materiae medicae pertinent. Si vero addimus ſaporem odoremque, analyſin chemicam et, prout ſolet, fieri, virtutes in morborum curatione, iuncta doſi et cautelis, quin praeparata et compoſita: ſponte conſtat, quanti ambitus et quanti ponderis ſint. Praeſtat praeparata et compoſita huc trahere, nec ad recitationes pharmaceuticas, quum eorum ſaepe longe alia vis quam ſimplicium ſic dictorum medicamentorum exiſtat. Quod virtutes recen-

ſean-

ſeantur, ferri omnino poteſt, quin requiritur, ſiquidem Therapia ſpecialis pauciora tantum remediorum exempla profert, nec cuiuslibet naturae expiſcandae tam diu inhaeret. Sed vtinam auctores non tam in corradendis vndique virtutibus iisque DIOSCORIDIS aliorumque veterum, quos non intelligimus, auctoritate firmandis, ſolliciti fuiſſent, ac in deſignandis paucis certisque, recentiorum praecipue, de quorum fide et intelligentia iudicium aptius ferre licet, probatis. Sub ea, qua hucusque huius generis libri forma comparuerunt, nulla fere medicinae pars incertior et imperfectior, quam haec ipſa. Nam paucis modo momentis, ex recentioribus, additis totus fere auctorum labor in deſcribendo, non obſeruationum theſauros, prout par eſt, ſed compendia librorum materiae medicae, quorum vltimum refugium

fuerit DIOSCORIDIS de hoc argumento liber; vel tot ſeculis poſterior SCHRÖDERI *theſaurus pharmacologicus.* Multa exſtant, quorum origo adhuc incerta ignotaque eſt, radicis Jalappae, Ipecacuanhae, Myrobalanorum, nucis moſchatae, Myrrhae, Fabae Ignatii, Coſti dulcis et arabici, Copalii exemplo; multa inania omnique vi ſalutari caſſa; multa denique ſuperflua. Haud pauca rurſus omittuntur, recentius probata, vt Onopordon, Helleborus foetidus, Phellandrium, Quaſſia, Clematis recta, Carex arenaria. Et de multis iam dudum cognitis plantis nouiter detectae virtutes reticentur. Vere practicus in materiam medicam liber nobis adhuc deeſt, in quo nullae niſi certae et exploratae vires traderentur, adiuncta doſi, cautelis et praeparandi rite corpus modo. Operam dedi per complures annos, vt hac in re olim de re

me-

medica bene meream. Oportet, vt verum iudicium de medicamento feratur, explorare illud non in brutis vel experimentis extra corpus institutis, sed in ipso homine, sano primum, sine peregrina miscela, parua dosi, idque initio gustu et adoratu, dein ad omnes mutationes ratione pulsus, respirationis, excretionum, caloris, attendere. Tum ad ductum phaenomenorum, in sano corpore obuiorum, ad experimenta in aegroto transgrediendum, et horum euentus calamo excipiendi, vt patescat, quid temperies, aetas, sexus, clima, mutent. Accedat autem iustum doseos augmentum; nec deesse debet eiusdem experimenti in pluribus aegris necessaria repetitio.

Chemiae ope partes simpliciores, ex quibus corpora constant, eruimus, et scita eorum vel resolutione vel compositione noua producimus. Eam modo si-

bi huius doctrinae partem vindicat medicus, quae praeparandis et componendis medicamentis inseruit; in qua *Pharmaceutices* natura consistit. Oscitantius plerumque solet haec ipsa in academiis tractari, quam meretur, et solet magis praeparatorum et compositorum specialium ad normam Dispensatorii cuiusdam sic dicti pharmaceutici respectus haberi, quam ipsius artis. Nemo tamen eadem destitutus apte medicamenta praescribere nouit, vel praescripta diiudicare, vel officinas pharmaceuticas iudex constitutus examinare, vel prout necessitas saepe in vrbibus minoribus vel pagis, vt et medicinae augmentum requirit, noua composita parare. Cognitis remediis simplicibus et compositis haud aegre ad *formulae* normam praescribuntur. Praecepta hac in re obseruanda, ne medicus risum pharmacopolae moueat, seorsim in academiis tradi

tradi ſolent. Formularum autem ſumma lex ſimplicitas eſto.

Et hiſce quidem auxilia ſubminiſtrantur, quorum vſu pleroſque internos morbos, nec haud paucos externos, curamus. Morborum internorum curatione *Therapia* occupatur. In *Therapia generali* ſ. methodo medendi curationis regulae generatim ſecundum indicationes varias traduntur. *Specialis* autem easdem ad definitas et ſingulares morborum ſpecies applicat. Mos iam dudum inualuit, tam in practicis libris, quam in academicis inſtitutionibus, vna cum medela ipſos morbos ſecundum naturam ſuam, diagnoſin, cauſas, prognoſinque perpendere, ne, quum medela pro variis cauſis, ſtadiis et complicationibus varianda ſit, in repetitionum moleſtias incidamus. Numeroſi noſtro praeprimis tempore prodierunt libri practici, in vſum popularem con-

ſcripti, quorum tamen emolumentum non omnino arbitror laudabili auctorum ſcopo reſpondere. Raro enim eiusmodi libri a ſanis leguntur, et quodſi legantur, ſigna, quibus morbus cognoſcitur, remediaque commendata e memoria facile elabuntur; nec eo tempore in vſum verti poſſunt, quo mora periculo haud caret. In tot quoque ſymptomatum recenſione diſtinguere morbum difficile eſt. Nec minus arduum, medelam ſecundum varia morbi ſtadia et alias conditiones dirigere. Accedit, quod tot plerumque incidunt complicationes morborum, vt ipſe medicus ſagacior de nomine morbi ſelectuque remediorum interdum ambigat. Mature vero medicus iunior ipſi praxi aſſueſcat. Ei fini *conſultatoria* ſic dicta *collegia* inſeruiunt, in quibus ſingularis quidam ſpecialis cuiusdam morbi caſus eligitur, et diiudicationi et curationi ſcriptae tironis

nis committitur. Propius ad ſcopum accedunt *clinica*, ſed nimis auditoribus ſumtuoſa, in quibus doctor conſilia, aegris praeſentibus, vel eorum nunciis, coram auditoribus ſuppeditat, quibus ipſis poſtea datum, morbos in aegrorum habitaculis diſperſis examinare. Aſt nihil magis exercitio artis in academiis fauet, quam noſocomia, quae in vniuerſum incremento medicinae accommodatiſſima ſunt. Ibi tranquille et patienter naturam morbi et effectum medicamentorum ſcrutari vacat obſeruataque in aduerſaria coniicere, remedia liberius praeſcribere non excluſis pretioſioribus, et ibi prohiberi facilius poteſt, ne negligentia vel vitio diaetae natura a tramite deflectat. Quin paucitas aegrorum, quibus noſocomia academica patent, non ſuo commodo caret; ampliora enim, vt ciuica et bellica id vitii habent, quod multitudo aegrorum animum diſtrahat, obſeruandi vim obtundat, et niſi praemunitus ante probe animus reliquis diſciplinis fuerit, alumnos ſuos aeque ignaros dimittant ac arceſſerint.

Chirurgia ſororio nexu cum therapia iungitur, quum raro contuſio vel tumor

vel

vel vulnus, vlcus, diſtorſio, deformitas, caries vel fractura vel aliud vitium, inſtrumentis vel remediis extrinſecus applicatis tollendum, adiumento internorum deſtitui poſſit. Vnde, quo melius praeceptis medicis et ante omnia anatomes notitia chirurgus imbutus eſt, eo peritior in ſua arte cenſendus. *Inſitio variolarum* ob artificium quidem, quo externe virus varioloſum applicatur, ſub chirurgia ſtare poteſt: ſed ipſa iſta arte minima tantum curationis pars continetur. Verum diſquirere, an commodum ad illam ſubeundam corpus ſit, curare antea vitia, quae euentum ambiguum reddunt, mederi malis praeter opinionem incidentibus et ita omnia dirigere, vt neque languentibus viribus febris, plane ſuffocetur, nec incitatis nimium effrena ſit, hoc medicorum eſt. *Ars obſtetricia*, vtpote manualis, tanquam chirurgiae pars conſideranda eſt. Non male vero ob peculiarem curam et exercitationem, quam requirit, ſeiungitur, qua tanto magis opus, quum non vnius, vt in reliquis chirurgicis encheireſibus, ſed duorum hominum vita agatur.

Qua-

Qualecunque autem medelae genus adhibeatur, accedat oportet iuſtum in cibi potusque, aëris, motus et quietis, ſomni et vigiliarum vſu, vti et retentis et excretis, et animi commotionibus, moderamen, quae omnia non apte ſatis, nomine ſex rerum non naturalium in *Diaetetica* veniunt. Et huius ipſius praeceptis vnica via ad ſanitatem conſeruandam auertendos morbos et vegetam ſeneꝰctutem conſectandam continetur Haud leuis defectus eſt, quod in libris huius argumenti cibi potulentaque varia nondum ad ſpecies ſuas relata exſtant, prout cum medicamentis factum eſt, ſine quo adiumento nulla tamen certitudo, nullus ordo.

Incidunt quoque caſus, quibus iudex medici auxilio indigeat, ſiue quaeſtio de ſanitate ciuium conſeruanda, ſiue de vita et ſalubritate ſinguli cuiusdam vel honore vel hereditatis iure vel connubiis ineundis vel diuellendis vel poenis infligendis, oriatur. De hiſce omnibus in *medicina forenſi, ſiue legali*, agitur. In difficiliori caſu a collegio quodam medicorum vel academico ordine iudicia ſiue *Reſponſa* expetuntur.

Et

Et hoc quidem ampliſſimo ambitu medicinae campus deſcribitur, quem emetiri omni ex parte per triennium academicum ſe poſſe nemo ſobrius ſibi perſuadebit. De ordine vero, quo tractentur variae dictae diſciplinae medicae nolo aliquem ita eſſe ſcrupuloſum, vt a dicto deflectere nefas putaret. Eſt enim artis noſtrae ea natura, vt altera pars alteram illuſtret, et multa momenta, quae, quum primum audirentur vel legerentur, obſcura videbantur, nec niſi memoria capi poterant, poſtea, dum ſerie ita ferente, eorundem reminiſcamur, ipſa intelligentia capiamus.

Sed non eſt, vt eiusmodi animaduerſionibus de arte noſtra in vniuerſum diutius immorer, quum amplius et commodius in praelectionibus academicis tradi poſſint. Refragari vero non potui votis induſtrii bibliopolae, qui, praeter deſignationem librorum praecipuorum, ordinem in ſtudio medico diſcendo nexumque inter diſciplinas varias et neceſſitatem earundem paucis expoſitum, cupiuit.

ENV-



ENVMERATIO PRAECIPVORVM LIBRORVM MEDICI ARGVMENTI.

A. DISCIPLINAE, SCIENTIAE MEDICAE PRAEMITTENDAE.

§. 1.

I. HISTORIA NATVRALIS.

CAR. A LINNE' Equ. Syſtema naturae per regna tria naturae Ed. 12. Holmiae Tom. 1. 1766. Tom. 2. 1767. Tom. 3. 1768. 8.

CHARL. BONNET Contemplation de la nature 1766. 8. Ins Deutſche überſezt mit Zuſätzen und Anmerkungen v. I. D. TITIVS Leipz. 1772. 8.

IO. GOTTSCH. WALLERII Syſtema mineralogicum, quo corpora mineralia in claſſes, ordines, genera et ſpecies diviſa, deſcribuntur atque obſer-

vationibus experimentis et figuris illustrantur. Holm. 1772. 8. EIVSD. Elementa Metallurgiae Holm. 1768. 8.

(CRONSTEDTS) Försök til Mineralogie Stockh. 1758. 8.

§. 2.

2. PHYSICA.

PETRI V. MVSSCHENBROECK Introductio ad Philosophiam naturalem Tom. 1. 2. L. B. 1762. 4.

IO. ANDR. V. SEGNER Einleitung in die Naturlehre. 3te Ausg. 1770. 8.

I. A. DE NOLLET Leçons de physique experimentale Voll. 6. Amsterd. 1745-1765. 8.

TORBERN BERGMANNJ' Physisk Beskrifning öfver Jord-Klotet. Upsalo 1766. 8. übers. mit Vermehr. v. L. H. RÖHL, Greifsw. 1769. 8.

B. AVXILIA.

§. 3.

1. ENCYCLOPAEDIA ET CONSILIA AD DISCENDAM MEDICINAM.

HERM. CONRINGII Introductio in universam artem medicam edita a G. CHRISTOPHORO SCHELHAMMERO Hal. et Lips. 1726. 4.

LAVR. HEISTERI Compendium institutionum s. fundamentorum medicinae. Amst. 1748. 8.

CHR. GOTTL. LVDWIG. methodus doctrinae medicae vniuerſae Lipſ. 1766. 8.

Conferas introductionem ad HERM. BOERHAAVE Inſtitutiones medicas; vti et EIVSD. methodum ſtudii medici.

2. HISTORIA MEDICINAE.

§. 4.

a. ANTIQVISSIMA TEMPORA.

DAN. LE CLERC Hiſtoire de la Medicine, à la Haye 1729. 4. (vsque ad GALENVM.)

IO. HENR. SCHVLZE Hiſtoria medicinae a rerum initio ad ann. u. c. 535. Lipſ. 728. 4. EIVSD. Compendium Hiſtoriae medicinae a rerum initio ad exceſſum HADRIANI. Hal. 742. 8.

§. 5.

b. VSQVE AD INITIVM SECVLI 16.

JOHN FREIND'S Hiſtory of Phyſick from the time of Galen to the beginning of the ſixteenth Century. Lond. P. 1. 2, 725. 726. Latina verſio in IO. FREIND Opp. omn. Pariſ. 735. 4.

§. 6.

c. VSQVE AD RECENTIORA TEMPORA.

GOTTL. STOLLENS Anleitung zur Hiſtorie der mediciniſchen Gelahrheit, Iena 731. 4.

CHR. WILH. KESTNERS Kurzer Begriff der Hiſtorie der mediciniſchen Gelahrheit überhaupt. Halle 748. 8.

ANT. PORTAL Hiſtoire de l'anatomie et de la Chirurgie. Pariſ. Voll. 6. 770. 12.

§. 7.

3. VITAE MEDICORVM.

CHR. WILH. KESTNERS mediciniſches Gelehrten-Lexicon. Iena 740. 4.

IÖCHERS Gelehrten-Lexicon.

I. C. W. MÖHSENS Verzeichniſs einer Sammlung von Bildniſſen gröſtentheils berühmter Aerzte, Berl. 771. 4.

§. 8.

4. BIBLIOTHECA MEDICA.

CHR. GUIL. KESTNERI Bibliotheca medica Ienae 746. 8.

HERM. BOERHAAVE methodus ſtudii medici, emaculata et acceſſionibus locupletata ab ALBERTO ab HALLER. Voll. 2. Amſt. 751. 4. add. CORNELII PEREBOOM Index auctorum et rerum maxime memorabilium methodi ſtudii medici. L. B. 757. 4. — Sub prelo iam noua Bibliotheca medica auctore ill. HALLERO ſudat, cuius pars botanica prodiit. V. infra.

GE. MATTHIAE Conſpectus hiſtoriae medicorum chronologicus, Gött. 761. 8. Ad finem

Sec.

Sec. 17. vsque ſeſe extendit, varia vitae auctorum momenta comprehendens.

Huius quoque loci ſunt catalogi librorum ſcite adornati quorum eminet Bibliotheca Platneriana, Lipſ. 747. 8.

IO. CAR. HEFTERI Muſeum Diſputationum phyſico-medicarum tripartitum, Zittaviae. Vol. I. 763, Vol. II. Tom. I. 764. 4.

§. 9.

5. DIARIA MEDICA.

Commentarii de rebus in ſcientia naturali et medicina geſtis. Lipſ. Voll. 17. 8. Primae Decadis Supplementa. Primae Decadis index triplex. Incepti a. 1752. dirigente cel. LVDWIG adhucdum continuantur.

RVD. AVGVSTINI VOGEL mediciniſche Bibliothek, Voll. 2. Erfurt 752. 753. 8. EIVSD. neue mediciniſche Bibliothek, Göttingen. Inde ab a. 1754. Voll. 8. In vltimis tomis ſocius laboris fui.

EDVARD SANDIFORT Natuur - en geneeskundige Bibliothek. In's Gravenhage. Initium factum a. 765. Voll. 6. 8.

Göttingiſche Anzeigen von gelehrten Sachen. 8. Ob cenſuras numeroſiſſimas ill. ab HALLER pro completiſſimo librorum medicorum recentiorum indice habendae.

AVG. GOTTL. RICHTERS Chirurgiſche Bibliothek. Initium cepit a. 771. 8.

 §. 10.

§. 10.

6. LEXICA MEDICA.

BARTH. CASTELLI Lexicon medicum graeco-latinum Genevae 748. 4.

STEPH. BLANCARDI Lexicon medicum renovatum. Ed. auctior. Hal. 748. 8.

IOH. IAC. WOYTS Gazophylacium medico-physicum oder Schatzkammer medicinisch. und natürl. Dinge u. s. w. verbessert u. vermehrt von IOH. ERNST. HEBENSTREIT Ausg. 16. Leipz. 767. 4.

VALMONT DE BOMARE Dictionaire raisonné universel d' Histoire naturelle; edition augmentée, Yverdon 768 769. Voll. 12. 8.

C. MEDICINA IN VNIVERSVM.

§. 11.

HERM. BOERHAAVE Institutiones medicae Ed. 3. L. B. 720. 8. EIVSD. Praelectiones academicae in proprias institutiones rei medicae, editae ab ALB. ab HALLER. Voll. 6. Gött. 739-744. 8. Vti etiam PHIL. AMBROS. MARHERR Praelectiones in HERM. BOERHAAVE institutiones med. c. praefatione CRANZII Voll. 3. Vienn. 771. 8.

FRID. HOFFMANNI Medicina rationalis systematica, Tom. 1-4. Hal. 729-39; Supplementum Hal. 740. 4.

IO. DE GORTER Medicinae Compendium Franc. et Lips. 747.

DAVID

DAVID MAOBRIDE'S methodical introduction to the theory and practice of physic. Lond. 772. 4.

Commodissimus hic quoque locus est commemorandi commentationes societatum eruditarum aliasque mixti argumenti:

Philosophical Transactions.

Acta academiae naturae curiosorum. Add. WILH. ANDR. KELLNERI Synopsis 739. 4.

Histoire de l' academie R. de Sciences de Paris avec les Memoires. Nec non, Memoires de mathematique et de Physique presentés à l'academie R. des sciences.

Acta literaria Sueciae.

Acta Societatis R. scientiarum Vpsaliensis.

Commentarii academiae scientiarum imperialis Petropolitanae.

Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens Handlinger.

Verhandelingen uitgegewen door de Hollandse Maatschappye der Weetenschappen te Harlem.

De Bononiensi scientiarum et artium instituto atque academia commentarii.

Commentarii Societatis R. Scientiarum Göttingensis.

Acta Heluetica, physico-mathematico-anatomico-botanico-medica.

Memoires de l'academie de Dijon T. I. 769.

Commercium litterarium ad rei medicae et ſcientiae naturalis incrementum inſtitutum. Norimbergae.

Fränkiſche Sammlungen von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit, Oekonomie und den damit verwandten Wiſſenſchaften.

Medical Eſſays and Obſervations by a Society in Edinburgh. Voll. 6. 8. Vti et Eſſays et Obſervations phyſical et literary of a Society in Edinburgh. Vol. I. 754. 8. Vol. 3. 771.

Medical Obſervations and Inquiries by a Society of Phyſicians. Voll. 4. 757-771. 8.

Medical Transactions by the College of Phyſicians in London. Vol. I. 768. 8. Vol. 2.

(VANDERMONDE) Recueil periodique d'Obſervations de Medecine de Chirurgie et de Pharmacie. Paris. Inde ab a. 754. 8. Continuatur auctore A. ROUX ſub titulo Journal de Medecine, Chirurgie, Pharmacie etc.

GVALTH. V. DOEVERN Specimen Obſeruationum academicarum ad monſtrorum hiſtoriam anatomen pathologiam et artem obſtetriciam praecipue ſpectantium. Groen. 765. 4.

(LVDWIGII) Aduerſaria medico-practica. Vol. I. 769. 8. Vol. 2.

H. D. GAVBII Aduerſariorum varii argumenti Liber vnus, Leid. 771. 4.

D. PARTES SPECIALES MEDICINAE.

I.

ANATOMIA.

a) IN VNIVERSVM.

§. 12.

1. DESCRIPTIONES PARTIVM.

ANDR. VESALII Opera omnia anatomica et chirurgica, cura HERM. BOERHAAVII et BERNHARD. SIEGF. ALBINI in 2 tomos diſtributa L. B. 725. fol.

JAQUES BENIGNE WINSLOW Expoſition anatomique de la Structure du corps humain enrichie de cinque Planchis, qu'en a donné Mr. ALBINUS. Voll. 4. Amſt. 752. 8. — Nec non nouvelle edition faite ſur un exemplaire corrigé et augmenté par l' auteur, à la quelle on a joint des nouvelles figures et tables, qui en facilitent l'uſage et la vie de l' auteur. Voll. 4. a Paris 766. 12.

LAVR. HEISTERI Compendium anatomicum. Norimb. 741. 8.

IOS. LIEUTAUD Eſſais anatomiques contenant l' hiſtoire exacte de toutes les parties, qui compoſent le corps de l' homme; nouvelle edition augmentée. Paris 766. 8.

JEAN PALFYN Anatomie chirurgicale augmentée et refondue par Mr. BOUDON. Pàris 734. 8.

ALB. AB HALLER Disputationes anatomicae selectae. Tom. 1-7. Gött. 746-751. 4.

Huius quoque loci sunt scripta omnia ill. HALLERI anatomica et physiologica V. infra.

BERN. SIEGFR. ALBINI Annotationes Academicae. Voll. 8. L. B. 754-768. 4.

FRIDR. RUYSCHII Opera omnia anatomico-medico-chirurgica. Voll. 2. Amst. 721. 4.

IO. BAPT. MORGAGNI Adversaria anatomica. Venetiis 762. fol. EIVSD. Opuscula miscellanea. Venet. 763. fol. EIVSD. Epistolae anatomicae. Patauii 764. fol.

PETRI CAMPERI Demonstrationum anatomico-pathologicarum Lib. I. continens brachii humani fabricam et morbos, Amstel. 760. fol. imp. Lib. 2. continens peluis humanae fabricam et morbos 762.

§. 13.

2. ANATOMIA COMPARATA.

SAMVEL COLLINS System of anatomy of the Body of Man, Bensts Birds, Fishes, Insects and Plates. Voll. 2. 685. fol.

GERH. BLASII Anatome animalium, terrestrium variorum, volatilium, aquatilium, serpentum, insectorum ouorumque structuram naturalem, ex veterum, recentiorum propriisque obseruationibus proponens, Amst. 681. 4.

MI-

MICHAEL BERNHARD VALENTINI Amphitheatrum Zootomicum, Frf. Moen. 720. fol.

B. S. ALBINI Oratio inaug. de anatome comparata L. B. 719. 4.

PET. MOSRATI von dem körperlichen, wesentlichen Unterſchiede zwiſchen der Strucktur der Thiere und der Menſchen, aus dem Italieniſchen, Göttingen 771. 8.

§. 14.

3. ARS SECANDI.

MICHAELIS LYSER culter anatomicus ſ. methodus humana incidendi cadauera, Ed. 5. c. praef. THOM. BARTHOLINI L. B. 726. 8.

IO. FR. CASSEBOHMS Anweiſung zur anatomiſchen Beobachtung und Zergliederung des menſchlichen Körpers, Berlin und Stralſund 769. 8.

IO. HIER. KNIPHOF Diſſ. de optima oſſium in ſceleto artificioſe iungendorum ratione, Erford. 749. 4.

De arte ſceleta parandi exponit quoque BUFFON in Cabinet du Roi, Tom. 3.

SUE Anthropotomie ou l'art d'iniecter, d'enbaumer et de conſerver les parties du corps humain, Paris 768. 12.

ALEX. MONRO's Eſſay on the art of iniecting the Veſſels of Animals in Medical Eſſays of Edinburg, Vol. I.

§. 15.

§. 15.

4. ICONIS PARTIVM CORPORIS HVMANI IN VNIVERSVM.

GODOFR. BIDLOO Anatomia humani corporis 105. tabulis. Amſtel. 685. fol.

GUIL. COWPER Anatomia corporum humanorum 114 tabulis L. B. 737. fol. EIVSD. appendix repraeſentans externos muſculos et diuerſas partes C. H. in GOTH. BIDLOO tabulis.

B. S. ALBINI explicatio tabularum anatomicarum BARTHOL. EVSTACHII Accedit Tabularum Editio noua L. B. 744. fol.

b. ANATOMIAE PARTES SPECIALES.

§. 16.

1. OSTEOLOGIA.

PIERRE TARIN Oſteographie ou deſcription des os. 753. 4.

BERN. SIEGFR. ALBINVS de oſſibus corporis humani, Vindob. 757. 8. EIVSD. de ſceleto humano liber. Leid. 762. 4.

ALEX. MONRO'S Anatomy of human Bones, Edinb. 741. 8.

BERTIN Traité d' Oſteologie, Voll. 4. Paris 754. 8.

PHIL. AD. BÖHMERI Inſtitutiones oſteologicae, Hal. 751. 8.

IOH.

IOH. GOTTL. WALTERS Abhandlung von trockenen Knochen des menſchlichen Körpers. Berl. und Stralſund 763. 8.

ROB. NESBITT Oſteogeny, Lond. 736. 8.

§. 17.

DE DENTIBVS.

B. S. ALBINI Annotationes acad. Lib. 2.

WILLIAM HUNTER'S natural hiſtory of the human teeths explaining their ſtructure, uſe, formation, growth and difenſes, Lond. 771. 4.

§. 18.

ICONES OSSIVM.

B. S. ALBINI Tabulae oſſium humanorum, Leid. 753. fol. max. EIVSD. oſſium foetus humani icones 737. 4.

SUE Traité d'oſteologie traduit de l' anglois de Mr. MONRO ou l' on a ajouté des Planches en taille-douce. Voll. 2. Paris 759. fol. imp. Icones in Tomo ſec. occurrunt.

§. 19.

2. SYNDESMOLOGIA.

IOSIAE WEITBRECHT Syndeſmologia ſ. Hiſtoria ligamentorum, Petrop. 742. 4.

§. 20.

3. MYOLOGIA.

B. S. ALBINI Hiſtoria muſculorum hominis L. B. 734. 4.

PIERRE TARIN Myographie ou deſcription des muſcles du corps humain. Paris 753. 4.

DE COURCELLES de muſculis faciei 753. 4. IDEM de muſculis plantae pedis 752.

§. 21.

ICONES MVSCVLORVM.

B. S. ALBINI Tabulae ſceleti et muſculorum corporis hum. L. B. 747. fol. max.

§. 22.

4. SPLANCHNOLOGIA.

IO. RENÉ CROISSANT DE GARENGEOT Splanchnologie, Paris 742. Voll. 2. 8.

§. 23.

a. DE CEREBRO EIVSQVE MEMBRANIS.

THOM. WILLISII cerebri anatome, cui acceſſit neruorum deſcriptio et vſus, Amſt. 682. 4.

RAYMVNDI VIEUSSENS neurographia vniuerſalis. Lugd. 715. fol.

H. RIDLEY Anatomy of brain. Lond. 695. 8.

IO. BAPT. MORGAGNI Aduerſar. 6.

ANTON.

ANTON. PACHIONI de durae meningis fabrica et vſu, Rom. 701. 8. EIVSD. de dura matre Diſſ. physico-anatomicae, Rom. 721. 8. recuſ. in EIVSD. Oper. omn. Rom. 741.

IO. IAC. HVBER de medulla ſpinali, Götting. 739. 4. EIVSD. de neruis ex medulla ſpinali, Götting. 741. 8.

IO. FR. LOBSTEIN et PHIL. IAC. PEYCKERT. Diſſ. de neruis durae matris, Argent. 772. 4.

AOLPH. MURRAY Diſſ. Obſ. anat. circa infundibulum cerebri; oſſium capitis in foetu ſtructuram alienam; partemque nerui intercoſtalis ceruicalem, praeſ. IONA SIDRE'N, Vpſ. 712. 4.

§. 24.

b. DE OCVLO.

IO. GOTTFR. ZINN Deſcriptio anatomica oculi humani iconibus illuſtrata, Götting. 755. 4.

§. 25.

c. DE ORGANO OLFACTVS.

CONR. VICTOR. SCHNEIDER de catarrhis L. 6. Witteb. 660-664. 4. ID. de oſſe cribriformi Witteb. 655. 12.

MORGAGNI Aduerſarium 6.

I. DOMIN. SANTORINI Obſeruationes anatomicae, Venet. 724. 4.

FRID. RVYSCH. Epiſt. 8. T. 9. Theſ. 4. n. 3. Theſ. 5. n. 30. Theſ. 7. Theſ. 2 et 3.

§. 26.

d. DE AVRE.

IOS. GVICHARD DVVERNEY, Traité de l'organe de l'ouie, Leid. 731. 12.

ANT. MAR. VALSALVAE de aure humana liber, Vltraject. 707. 4.

IO. FRID. CASSEBOHM de aure humana Tract. 1-6. Hal. 730-735.

§. 27.

e. DE ORGANO GVSTVS.

VAN REVENHORST Diff. de fabrica et vſu linguae, Leid. 739. 4.

VAN EBO Diff. eiusdem tituli, Leid. 742. 4.

A. FR. WALTHER de lingua humana, Harlem 745. 8.

PETR. LVCHTMANNS Diff. de ſaporibus et guſtu L. B. 758. 4.

§. 28.

f. DE CORDE.

RICHARD. LOWER de corde, motu colore et transfuſione ſanguinis, Lond. 680. 8.

IO MAR LANCISIVS de corde et aneuryſmatibus, Leid. 740. 8.

PETR. SENAC Traité de la Structure du Coeur de ſon action et de ſes maladies, Voll. 2. Paris. 749. 8.

§. 29.

§. 29.

g. DE LARYNGE ET PVLMONIBVS.

IVL. CASSERII Liber de vocis organis, Ferrar. 600.

MARC. MALPIGHII de pulmone Epiſt. 1. 2. Leid. 672. 12. et in Poſthumis.

IO. SWAMMERDAM de reſpiratione et vſu pulmonum, Leid. 679. 12.

IO. G. RVNGE Diff. de voce eiusque organis, Leid. 753. 4.

§. 30.

h. DE PHARYNGE, VENTRICVLO, INTESTINIS, MESENTERIO ET PERITONAEO.

FRANC. GLISSONIVS de ventriculo et inteſtinis, Lond. 678. 4.

HIER. FABRICII AB AQVAPENDENTE de gula, ventriculo et inteſtinis, omento et meſocolo tractatus, Patav. 618. 4.

CONR. PEYERI Exercitatio medica de glandulis inteſtinorum in Parergis, Amſtel. 682. 8.

MORGAGNI paſſim, praeſertim in Adverſar. 3. et Epiſt. 14.

CHR. BERNH. ALBINVS de deglutitione, Leid. 740. 4.

IO. NATH. LIEBERKÜHN de valuula coli, Leid. 742. 4. ID. de fabrica et actione villorum inteſtinorum tenuium hominis, Leid. 745. 4.

HENR. PALM. LEVELING Diff. Pylorus anatomico-physiologice consideratus, Argent. 764. 4.

IAC. DOVGLASS de peritonaeo, Lond. 730. 4.

I. WILH. HENSING de peritonaeo, 742. 4.

IOACH. VOSSE Diff. de intestino coeco eiusque appendice vermiformi, Götting. 749. 8.

IO. MICH. RODERER Diff. de valuula coli, Argent. 768. 4.

§. 31.

i. DE PACREATE.

IAC. WIRSVNG in RIOLANI Opp. omn. p. 811 sqq.

REGNER DE GRAAF de succo pancreatico, 674. 8.

IO. CONR. BRVNNER Experimenta noua circa Pancreas, Amst. 682. 8.

TH. WHARTON.

§. 32.

k. DE OMENTO.

H. F. AB AQVAPENDENTE loc. cit.

IOS. RIOLANVS.

ALB. AB HALLER Progr. de Omento. Götting. 742. recus. in Iconibus anatomicis, Götting. 743. fol.

§. 33.

§. 33.

l. DE HEPATE ET VESICA FELLEA.

FRANC. GLISSONIVS Anatome hepatis, Hag. 681. 12.

IO. B. BIANCHI hiſtoria hepatica, Voll. 2. Genev. 725. 4.

IO. B. MORGAGNI Aduerſ. anat. 3. Epiſt. anat. 2.

FR. RVYSCH.

§. 34.

m. DE LIENE.

CAR. DRELINCVRTII Fil. Diſſ. de lienoſis, Leid. 693. 4.

MARC. MALPIGHII Tr. de liene in Exercitatione anatom. de ſtructura viſcerum, Bonon. 666. 4. Cfr. Corollar. ad Diſſ. de reſpiratione I. SWAMMERDAM.

RVYSCH variis locis.

§. 35.

n. DE ORGANIS VRINAE.

BARTHOL. EVSTACHIVS Tr. de renibus in Opuſc. anatom. Venet. 564. 4.

LAVRENTIVS BELLINVS de ſtructura renum Argent. 664. 12.

JAMES PARSONS deſcription of the bladder, Lond. 742. 8.

GYSBERTI BENDT Diff. de fabrica et vfu vifcerum vropoieticorum, Leid. 744. 12.

§. 36.

o. DE PARTIBVS GENITALIBVS MASCVLINIS.

REGNER DE GRAAF de partibus genitalibus virorum, Leid. 668. 8.

RVYSCH variis locis.

MORGAGNI Aduerf. 3. 4.

ALB. AB HALLER Progr. de viis feminis, Göt-ting. 745. 4.

ALEX. MONRO iun. Diff. de teftibus et de femine in variis animalibus, Edinb. 755. 8.

WILLIAM HVNTER's medical Commentaries P. I. Lond. 762. 4. EIVSD. Supplement to the firft part of medical Commentaries, Lond. 764. 4. GARNER's Obferuations on D. HVNTER's medical Commentaries, Lond. 762. 8.

IO. ERN. NEVBAVER Diff. de tunicis vaginalibus teftis et funiculi fpermatici, Gieff. 767. 4.

§. 37.

p. DE PARTIBVS GENITALIBVS FEMININIS ET DE FOETV.

IO. RIOLANI Anthropographia 649. fol.

MELCHIOR SEBIZ de notis virginitatis, Leid. 641. 12.

GUIL. HARVAEI Exercitationes de generatione animalium, de partu, de membranis ac humoribus vteri, de conceptione, Lond. 657. 4.

GVALTH. NEEDHAM de formatione foetus, Amſtel. 668. 8.

NICOL. HOBOKEN Anatome ſecundinae humanae repetita, Ultraj. 675. 8.

REGN. DE GRAAF de organis generationis muliebribus, Leid. 672. 8.

MARC. MALPIGHII L. de formatione pulli, Leid. 666. 4. et in Opp. vti et in Epiſtola ad IAC. SPONIVM. confr. etiam Opp. poſthuma.

RAIM. VIEVSSENS Epiſtola de fabrica vteri; in edit, Genev. Anatomiae Verheyenianae.

I. B. MORGAGNI Adverſ. I. Epiſt. 15. 20.

